Göttweig, 2. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tuangelus legit. Iustificata est sapientia ab operibus
suis. Sapientia quippe non querit uocis testimonium
sed operum. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus
facte sunt plurime uirtutes eius. quia non egissent penitentiam.
Ex prohibitio ciuitatum corozaim & bethsaida &
capharnaum capitulum hui titulo pandit. quod ideo
exprobrauerit eas. quia post factas uirtutes signa
quam plurima non egerunt penitentiam. Ve tibi corozaim
Ve tibi bethsaida. quia si in tyro & sydone facte essent
uirtutes que facte sunt in uobis olim in cilicio & ci
nere penitentiam egissent. Ceterum dico uobis.
tyro & sydoni remissius erit in die iudicii quam
uobis. Corozaim & bethsaida urbes galilee asal
uatores plangunt. quod post tanta signa atque uir
tutes non egerunt penitentiam. & perierunt eas tyrus
& sydon urbes ydolatrie & uitiis dedite. Periere
runt autem ideo quod tyrus & sydon naturalem tantum
legem calcauerunt. iste uero post transgressionem natu
ralis legis & scripte & ita signa que apud eas facta
sunt parui duxerunt. Queram ubi scriptum est quod in
corazaim. & bethsaida dns signa fecerit. supra
legem. Circuibat ciuitates omnes & uicos curans
omnem languorem & reliqua. In ceteras quoque urbes &
uiculos estimandum est. in corazaim. & bethsaida
dnm signa fecisse. Et tu capharnaum nunquid usque
in celum exaltaberis. & usque in infernum descendes.
In altero exemplari repperimus. Et tu capharnaum
que usque ad celum exaltata es usque ad infernum